

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Titvlvs XIII. De corpore vitiatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

tuo patre aliud in eadem Ecclesia de nouo obtinere non potest; cum hac ratione paternae incontinentiae memoria reficeretur, id quod in predicto Concilio prohibitum est in quantum prohibet eis, ut in ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod obtinuerunt, non possint etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis ecclesiis quoquomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinuerunt habere. Quæ vero de filijs presbyterorum, aut in Extravaganti Clementis VII. quæ incipit. *Ad canoniam conditorem*: aut in Concilio prædicto Trident. statuuntur, ad nepotes presbyterorum extendi non debent, quasi nepotes ab eorum beneficiis sicut filii, excludantur: eo quod iuria cum loquantur de filiis, ad nepotes secundum magis veram, & communiorum opinionem non sunt extendenda glo. in c. presbyterorum. dist. 56. maxime cum alia ratio sit illorum illegitorum, alia vero nepotum, qui legitimi sunt. Neque enim Nepos legitimus patrem incontinentiam, sed continentiam referit filius autem illegitimus incontinentiam partis representat militant que pro eo illa presumpto, quod filius patri similis esse presumitur.

Aduertendum est circa id quod tradit author de Nephibus, quod cum illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinales Congregatis Sacri Concilij Trid. existimauerint, tamen in dicta constitutione Clementis V. I. quam in Concilio Trident. sub illa prohibitione. Ne filii illegitorum beneficium paternum obtinere possint, comprehendendi nepotem legitimum ex filio illegitimo, respectu beneficij, aut ob ea Cœcilius verba *Longissime*, nec villa in his terminis Rota decisio reperta fuisse ita tenuerunt postea ijdem Cardinales ex ordine S. D. N. Gregorij XII. intelligere, quid de hac Rota sentiret. vbi vt notat Nauar. conf. 10. in Nouis, dictum fuisse in Rota duodecima die Februario 1574. non comprehendendi nepotem legitimum ex filio legitimo neque sub Clementina, neque sub Cœcilius Trident. tam in predictis verbis, quam etiam inspecta mente, seu ratione tam Clementina, quam Concilij, qua Rota decisio probati facile potest, si quidem si verba Clementina consideremus, certum est illo non conuenire nepotum legitimum, ut patet ibi. In ipsorum resignantium filios ex fornicatione natos, &c. & ibi. Super defectu Naturalium quem ex dictis Sacerdotibus resignantibus generi patiebantur, & ibi. ob inordinatum superiorum filiorum amorem, &c. & ibi. *Quod de cetero siij presbyterorum ex fornicatione natu, &c.* Similiter nec verba Concilij conueniunt, ut patet ibi. *Qui non ex legitimo Matrimonio nati sunt.* Vnde cum regula generalis sit, quod vbi verba dispensationis non conuenient, neque dispositio ipsa conueniet, ex Bartolo, & Decio in l. 4. §. prætor ait, de dñm. inf. & idem Bart. in c. 1. num. 2. 1. de elect. & Alciat. in l. liberorum. nu. 6. de verb. sign. & ibidem Alex. in ver. Tertius casus est, & in dictis constitutionibus solum mentio fit filiorum, non ea solum ratione, quod filii sint, sed quia nati sunt fornicatione; consequens est, ut que de solis filiis illegitimis statuantur, in nepotibus legitimis locum non habeant, ex Bart. in l. 1. Co. de filiis natur. qui etiam cum alijs communiter enclaudit conclus. l. 1. num. 58. de verb. signif. nepotem legitimum ex filio illegitimo hæredem ab uno institui posse, quia in eo vitium paternum, & per consequens qualitas patrem excludens cessat, ut docent Card. Paleotti. de Nothis, & Spurij, sc. 53. & Couar. in epist. par. 2. ca. 8. §. 5. nu. 13. Sed neque mens, aut ratio Clementina, aut Concilij locum habet in nepote, nam filius representat incontinentiam patris, nepos autem non item. Et filius presumitur esse similis parti, non sic nepos respectu cui siue ergo verba, siue mentem Clementinæ, aut Concilij inspicimus, dicendum est nepotes legitimos non excludi, cum non militet eadem ratio, & materis est odiosa. Et quia si Clementina, vel Cœcilium nepotem legitimum excludere voluisserit, nepote etiam, sicut filium nominassent. Denique huius opinionis sunt Glos. in c. presbyterorum, verb. filios, dist. 56. & in cap. Apostolica, 8. quest. 1. Archid. ibi. Goffred. in summa, num. 5. de filiis presbyt. 10. And. in cap. Ad exitandas, tit. cod. & Amb. ibidem Pisanella, & alij summistæ communiter in verbis illegitimus.

## TITVLVS XII.

Deseruis non ordinandis.

Hic titulus deest in Nouis.

## S V M M A R I V M.

**I** Seruus fugitiuus ad dominum redire tenetur, nisi probabilitas timor eum excusat, & quid tunc faciendum.

## DECISIO I.

Ex consil. unico aliâ 2. de restit. spoliatorum.

**S**eruuus fugitiuus in foro conscientie ad Dominum redire tenetur, aut eum contentum facere, quod non redire, nisi iusta aliqua causa, qualis est probabilis timor perdendi vitam, eum excusat: cum seruus fugitus sit de bonis fortuna Domini sui: Non tenetur tamen restituere se illi cum iactura bonorum altioris ordinis, scilicet vita sua, eo quod nemo ad restituendum bona minoris ordinis tenetur cum iactura bonorum maioris. Arg. c. officia, de penit. & remiss. & ex Nau in Man. ca. 17. nu. 87. Teneatur autem semper habere intentionem Domini satisfaciendi, aut eum contentum faciendi modo meliori quo potest, solvendo ei per se, vel per alium, iustum pretium, & quicquid acquirit, & lucratur, Domino suo querat.

## TITVLVS XIII.

Decorpore vitiatis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ordinarius Papæ mandatum exequi non debet, quando ex illius executione peccatum, aut scandalum sequitur.
- 2 Pollex non est membrum, cuius parte tamen qui caret, quando sit irregularis.
- 3 Castratus ob agritisdamem de consilio Medicorum, potest sine alia dispensatione ordines sacros accipere.
- 4 Suspensus ter est, qui sine literis dimissorijs ordinarij, tres ordines sacros accipit.

## DECISIO I.

Ex consil. 1. aliâ 20. de re script. in Nouis.

**M**utum deformis corpore a Papa impetrans commissiōnem dispensandi, cum eo ad Episcopum originis ad ordines, & beneficia & ab eo dispensatus, impetrat ecclesiam parochialem alterius diocesis a Papa in forma dignum, videlicet, ut ordinarius ecclesiæ si eum reperiit idoneum, confretet eum illi: non obstante dispensatione a delegato Papa facta super præfati curati deformitate, mandatum Papæ exequi ordinarij non tenetur: immo exequendo & ecclesiam parochialem tali deformi conferendo peccat; cum mens Papæ non sit, ut quis mandata sua exequatur, quando ex eo quod præcipitur exequi, queretur peccatum, aut scandalum populi, ca. Nihil cum scandalo, &c. si quando, de restit. & Fel. ibi. & Inn. in c. loquitioni. in fi. de sentent. excom. quod probabiliter legi solet dum valde deformis ad Sacramentorum administrationem admittitur.

## DECISIO II.

Ex consil. 1. in Nouis, deest in antiquis.

**C**um pollex membrum non sit ex Nauar. in Man. cap. 27. num. 206. & 262. qui pollex caret, irregularis non est, dummodo per indignationem sibi non abulerit, ex Nauar. in Man. c. 27. nu. 198. nec exinde inducatur impotentia celebrandi, aut magna deformitas, seu scandalum in celebrando, ex Nauar. in Man. ca. 27. num. 197. De qua tamen re si dubitetur, an fine scandalio celebrare possit, & an inducat magnam deformitatem, quæ celebrationem impedit, declaratio Episcopi requiritur, non autem sufficit arbitriu confessarij, aut alterius Prelati inferioris. Quod si Episcopus semel magnum induci scandalum declareat, si regularis erit, & a solo Papa dispensari potest.

DE.

DECISIO XIII.

*Ex conf. 1. in Novis. deest in antiquis.*

**C**ontritus ob egritudinem de consilio medicorum, si  
ve vila dispensatione ad omnes ordines sacros ab E-  
piscopo suo promouet potest. c. si quis a Medicis c.  
Euochus, d. 55, & Nau. in Man. c. 17. n. 199.

DECISIO XIV.

*Ex conf. 3. in Novis. deest in antiquis.*

**C**lericus Minorum ordinum, & surdus, & scies quod  
propterea non initiaetur sacerdos a suo ordinario, cu  
falsis literis dimissorijs a se cofectis subdiaconatum,  
Diaconatum, & Presbyteratum ab alieno sumens praece-  
peccatum in falsis literis singulis commissum, tres suspic-  
tiones incurrit, tres ordines sacros sine literis dimissorijs  
ordinarij sui suscipiens ex Extra, cum ex Sacrorum. Pij II.  
& ex Nanar. in Man. c. 25. n. 7. & c. 27. num. 241. Beneficio  
autem prius adepto de huiusmodi delicta ipso iure  
non priuatur; cum beneficium legitimi prius obtentum  
per superuenientem irregularitatem regulariter ipso iure  
non perdatur. Innoc. c. is qui de sent. exc. in 6.

TITVLUS XIV.

De Bigamis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Lucas nulliter cum corrupta contrahens non est bigamus.*
- 2 *Irregularis tam est qui bis quam qui plures nuptias contrahit.*  
Quare?
- 3 *Episcopus ordinando bigamum ab eo ordine conferendo, & a Missa celebranda per annum suspensus est.*

DECISIO I.

*Ex conf. 1. deest in Novis.*

**A**licus, aut clericus minorum ordinum contrahens Ma-  
trimonium cum corrupta inualide ob aliquod impe-  
dimentum, nullam irregularitatem aut bigamie vera, co-  
quod non contrahit valide cum duabus successive; aut in-  
terpretante eo quod non contrahit cum duabus inualide  
vel cum una valide, & cum alia inualide, nec cum corrup-  
ta valide ex Nau. in Man. c. 27. num. 195, aut Bigamiae similitudinatis contrahit, quia non contrahit cum una vali-  
de, neque inualide post votu solemnie religionis, vel ordi-  
nis facit, quo quis spirituale Matrimonium, cum Christo  
contrahere dicitur. c. 1. & c. quorundam 27. q. 1. & irregula-  
ritas in casibus tantum iure expressis contrahitur. c. is qui  
de sent. exc. in 6.

DECISIO II.

*Ex conf. 2. deest in Novis.*

**I**Regularis tam est quibus, quam qui plures nuptias  
contrahit, & bigamus, non trigamus dicendus est la-  
cus, qui vicissim cum virgine, & ea mortua, cu videntur,  
vel cui corrupta contrahit: quia ea tantum de causa biga-  
mus irregularis est, & inhabilis ad Sacramentum ordinis,  
quia in eo non est significatio coniunctionis Christi cum  
Ecclesia unica sua sponsa; Ita S. Thom. 4. dist. 27. q. 3. art. 1.  
tam inhabilis autem est ad hanc coniunctionem Christi cu  
Ecclesia unica sua sponsa significandam, qui cu duabus,  
qua quicum tribus, aut pluribus contraxit, quia iam carnem  
suum diuinit, unde in iure nulla trigamia, sed bigamiae fo-  
lius mentio est, vi patet in toto tit. de big.

DECISIO III.

*Ex conf. 3. deest in Novis.*

**E**piscopus bigamum ordinando, & beneficium sim-  
plex ei conferendo a collatione ordinis illius quem  
bigamo contulit Arg. c. eos, & c. vlt. de temp. ord. in  
6. & c. Nullus pentelem, dist. 55. & etiam a Missa cele-  
branda. Glos. in d.c. Nullus pentelem, ipso iure per an-  
num suspensus est, & ab ordine deponi potest, & collatio  
beneficij facta nulla & inualida est, eo quod collatio bene-

fici alicui irregulari facta non valet; sic Innoc. in c. cu no-  
stris, de concess. praeb.

TITVLUS XV.

De clericis peregrinis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Capellani tritemum si exempti non sunt, ab Episcopo visitari possunt, ut alii viatores.*

DECISIO I.

*Ex consilio 1. unico, alias 4. de foro compet.*

**E**piscopus Capellanos tritemum, quæ aduersis ventis  
in portibus suarum ciuitatum commorantur, si exem-  
pti non sunt, pertinde ac alios viatores, & transiuntes, visi-  
tare potest, seruando vnicuique sua priuilegia, & ius, quod  
habent iure communi, vel particulari, domum suam re-  
uocandi. c. si. de foro compet. & c. i. de priuilegiis.

TITVLUS XVI.

De officio Vicarij.

S V M M A R I V M.

- 1 *Peccat, qui vel iurisdictionem usurpat, vel affirmat pro certo,  
quod nec sit esse tale.*
- 2 *Vicarius Generalis a Capitulo Sede vacante constituendus,  
qualis esse debeat.*
- 3 *Vicarius Canonici in Capitulo, & Choro locum Canonici te-  
net.*

DECISIO I.

*Ex conf. 1. alias 3. de criminis falsi.*

**V**icarius foraneus literis, & testimonij suis affirmans  
valiorem esse idoneum beneficio simplici, aut Cano-  
niciatu ob solam relationem alterius, quem tamen igno-  
rat, an idoneus sit, nec ne, non solum peccat ex S. Th. 2. 2.  
q. 60. ar. 6. usurpando iurisdictionem alienam, scilicet, Vi-  
carij Generalis, non appellando se Foranum, sed Vicarii  
simpliciter; sed etiam affirmando pro certo, quod i-  
gnorat esse tale, cap. 1. de crim. falsi, & dando occasionem  
laedandi Rempublicam, & proximum. c. vlt. de iniuriis.

DECISIO II.

*Ex conf. 2. alias unico in Novis, & etiam 2. de Maior.*

Obed.

**V**icarius Generalis a Capitulo sede vacante consti-  
tuendus; Doctor esse debet, vel Licentiatus in iure  
Canonico; vel alias quantum fieri potest idoneus;  
vt colligatur ex Concil. Trif. 24. c. 1. 6. de ref. Et cum Vi-  
carius Episcopi idoneus esse debeat ad id, in quo vices  
eius gerit, c. quoniam in plenarie, & c. inter cetera, de of-  
fice, ord. & constitui letet ferre ad omnia, quæ gesturus est  
Episcopus, non satisfacit Episcopus muneri suo, nisi ido-  
neum constitutus, sed peccat: constitutio tamen talis Vicarii  
tenet ipso iure, modo sit clericus saltem in Minoribus  
constitutus, vnde & ab eo, & coram eo facta valida cen-  
tentur.

DECISIO III.

**V**icarius Generalis Episcopi, qui simul est Canonicus  
Ecclesie, in choro, & Capitulo locum Canonici te-  
nere debet, ex Gemin. in c. cum a collatione de ap-  
pel. in 6. nisi contrarium consuetudine esset inductum.

TITVLUS XVII.

De officio, & potestate iudicis delegati.

S V M M A R I V M.

- 1 *Conservatores, quoad que, ordinary iudices sint, & quoad que  
iudices delegati.*

I usq.

